



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 2. Circino, & circumforaneorum pyxidi similes, qui aliorum famam maculant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

quibus illi se continebant, obiecit aggeres cinericios. Quibus incurfatione equitum concitatis, Cæcias tantum pulveris in fauces speluncarum deuexit, vt, cùm ferre non possent, se se Sertorio in manus darent. Natum est ex hac ventj indole prouerbium, *Mala attrahens ad sese, vt Cæcias nubes.* Cæciæ similes sunt peccatores; & maximè illi, quorum malitia alios violat. Nam, vt etiam est in adagio, *sibi parat malum, qui alteri parat,* teste Democrito Chio. Et, si aliud malum non rediret ad authorem, certè quisquis aliū fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mente. Itaque grauiùs seipsum lædit, quàm alterum.

Apud
Arist. lib.
3. Rhet.

§. II.

Circino, & circumforaneorum pyxidi similes, qui aliorum famam maculant.

Quamquam interim etiam plerumque eodem plectitur malo, quicumque alteri intulit malum, diuina quadam lege talionis; vt in quo quis peccat, in eo & puniatur, similis circino, cuius pes alter, in circulo describendo, ad idem punctum recurrit, vnde cœpit; aut circumforaneo, qui ridiculi causa hominibus os sublinat. Is enim postquam pyxidem, cuius operculum vndique est cir-

D 2

cumfo,

cum foratum, contritis in farinæ modum carbonibus impleuit, jubet obuios quosque fistulam operculo insertam ori admouere, & canere. Quod qui conantur, tota facie maculantur. Dum enim inspirant, fuliginem vultu excipiunt è pyxide ad se reuolantem. Idem contingit injustis infamatoribus, detractoribus, delatoribus, calumniatoribus, dum enim alios, diabolo suggerente, conantur maculare, sibi ipsis grauiorem notam inurunt. Quisquis enim prudens eos audit, ex cantu nouit calumniatores. Illa igitur lingua, quæ in alios stringitur, in se ipsam, tamquam *arcus prauus* reuertitur. Quæ res eò miserrima est, quia *bis interimitur*, qui *suis armis perit*.

Psal. 77.
57.

§. III.

*Busiris & Phalaris Anei Tauri opificos suis-
met inuentis cruciauerunt.*

Ouid. lib.
de art.

*Dicitur Ægyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atq; annos sicca fuisse nouem.
Tum Thrasius Busirin adit, monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busiris: sis Iouis hostia primus,
Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aqua.
Et Phalaris tauro violenti membra Perilli,
Torrui, infelix imbuat author opus.*

Institus